

Viro Clarissimo Celeberrimoque
IOH. ERN. IMM. WALCHIO

S. P. D.

Christoph. Saxius

Quas ad me literas incunctissimi Actorum muneris sociis
dedisti, eas demum Superiori mense Martio me accepisse
tanto magis e re mea esse iudico curare, ut rescias,
quo gravioris me negligentiae reum facere possis, si per
totum illud tempus, quo de vulgari commentus facilitate
et tabellariorum curriculis iudicio facto quam matur-
rime reddi poterant, invita humanitatis lege siluerim.
Atqui vero aut longiori itineris circuitione detentum Suisse
fasciculum, aut illius culpa, cui Tu fortassis negotium
perferendi dederas, alicubi iusto diutius haesisse et delituisse
crediderim. Præinde quia cunctationis in respondendo
veniam a Te impetraturus sim nullus dubito. Petis
autem a me, ut nonnihil Symbolarum ad Actorum
Sodalitatis nostrae tabulas conferam. Quae cohortatio
michi pro imperio foret, nisi multiplicibus etiam nunc

negotio distinerer. Simulac vero diuturnis laboribus
ac vigiliis paululum eluctabor, ne nomen, quod antea
facere me meministi, inane ac vanum sit, cauebo.

Interea observantiae erga Te meae duo pignora acci-
pias quaeso, neque existimes, ingratus mihi fore,
si quomodoocumque errantem in viam reduxeris.
optime vale, vis egregie, mihi que in posterum
faue. Scripsi Trai. Batavor. a. d. XXIX. Iun.
CISIDCCLVII.